Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

f. VII.

1. Estor, Joannes Georgius: De vano mortis terrore illorum, qui ad caelites abeunt et coheredes divini erunt.

2. Estor, Joannes Georgius: De generato extra nuptias cum equestri vel plebeja, matrimonio licet ante partum, vel conjugio post istum secuto, in feudis nec jure Germanico nec Longobardico succedente.

3. Hofmannus, Joannes Andreas: De renatu in terris praesulum Germaniae et archiepiscopatus Coloniensis non libero sed regali habendo.

4. Hofmannus, Joannes Andreas: De jure forestali.

5 Hofmannus, Joannes Andreas: De jure consociationum ordinum S. R. I. generatim et Comitum specialim.

6. Homberg zu Vach, Arnold Lud: De spolio qualificato.

1771.

7. Homberg zu Vach, Aemil. Lud.: De patre vasallo liberis exheredatione vel inaequali feudi divisione ne jure Longobardico quidem praejudicante.

8. Homberg zu Vach, Aemil. Lud.: De ususfructu paterno in Hassia ejusdemque per observantiam . . . amplitudine.

9. Klingkist, Daniel: De regulis juris Romani e doctrina de societate male ad communionem bonorum inter conjuges accomodatio.

1773

1. Homberg zu Vach, Aem. Lud.: De jure illegitimorum in successione ab intestato.

2. Homberg zu Vach, Aem. Lud.: De habitu ususfructus paterni in Hassiâ.

3. Homberg zu Vach, Aem. Lud.: De ususfructu materno in bonis liberorum secundum jus naturale et Romanum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

DISSERTATIO IVRIDICA AVSPICALIS

DE

# GENERATO EXTRA NVPTIAS CVM EQVESTRI VEL PLEBEIA, MATRIMONIO LICET ANTE PARTVM, VEL CONIVGIO POST ISTVM, SEQVVTO, IN FEVDIS NEC IVRE GERMANICO NEC LANGOBARDICO SVCCEDENTE

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

*SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE ET DOMINO*

**DNO FRIDERICO II**

HASSIAR. LANDGRAVIO RELIQVA

PRAESIDE

IOANNE GEORGIO ESTOR

SERENISS. HASS. LANDGR. A CONSILIIS SANCT. ET HVIVS VNIVERSITATIS LITTER. CANCELLARIO

AD

IVRIVM LICENTIAM

CONSEQVENDAM

DISPVTABIT SOLLEMNITER

D. XXV APRILIS A. R. S. CIↃIↃCCLXXI

IO. CONRAD. THEIS

MARBVRGENSIS HASSVS.

MARBVRGI

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

# PRAEMONITIO.

Qui non obſeruat ea, quae monuit procancellarius vniuerſitatis litteratae Giſenſis FRANC. IVSTVS KORTHOLT (a), ratione eorum, quae HAINR. ANTON. GEIS vulgauit; decipitur, prout contigit hoc binis Profeſſoribus Goettingenſibus, et GEORGIO LVDOV. BOEHMERO, et IO. HAINR. CHRISTIANO A SELCHOW, qui parum ab Haſſia diſtantes, aliquoties (b) docuere: hoc ſigillatim eſſe iuris Haſſiaci, quam conſtitutionem CAROLI tamen ignorare fertur curia clientelaris Haſſiaca Caſſellana.

Lex

(a) de ſimultanea inueſtitura Haſſiaca 1755, 4, § 27, not. n pag. 67 ſq.

(b) in edit. prima 1757, 8, ſecunda 1762, 8, lib. II, cap. II, tit. II, § 496, num. 4, p. 543, ed. tertia 1767, p. 583, § 496, num. 4, 8. GEORG. vero LVDOV. BOEHMER, anteceſſor Goetting. in principiis iuris feudalis Longobardici, 1765, § 123, p. 79, litt. d, 8, in edit. ſecunda § 123, p. 77, litt. d, 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

Lex e Codice Iuſtinianeo eſt inſtar alchimiae, quae hoc quidem efficere poteſt, vt aes adpareat aurum, non autem vt aes vere in aurum tranſmutetur (c).

---

# PROLEGOMENA DE NOBILITATE.

## § I

### NOBILITAS QVID?

Eſt dignitas, qua quis ſeparatur a ciuium ordine.

## § II

### QVOTVPLEX.

Eſt hodie vel inferior videlicet inde a ſeculo XV, vel datur ſuperior.

I Sic exceptis ciuitatibus, principes ac comites cuncti, qui ſuffragio in regni conuentu fruuntur, pertinent ad nobilitatem ſuperiorem.

II Huc facit doctrina de clypeo militari.

## § III

### NVMERATIO EXERCITVS GERMANICI.

I Lex Germaniae, qui pacis tempore ibat olim per prouincias cum militibus, qui habitabant in regia villa.

II Poſt hunc veniebant metropolitani, velut Moguntiacus, ceterique epiſcopi, Pfaffenfürſten.

III Sequebantur duces, e. g. Bauariae ac Saxoniae veteris, marchiones, landgrauii, burggrauii, principes, die laien fürſten, oder hohe manne, hohe freien.

IIII Nunc ordo tangit comites atque dynaſtas imperii, liberos dominos, ſemper freien.

V Iam

(c) IO. GEORG. CRAMER profeſſor olim Lipſienſis in commentariis de iuribus et priuilegiis nobilitatis auitae cap. 4. II, § 11, p. 41, Lipſ. 1739, [illegible].

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

V Iam videmus Barones, Bannerherrn, vexilliferi, aedele herren, ſendbare freien, quos hodie vocant ſemper freien, milites primos, die aedele mannen die mittelfreien, e. gr. die unter dem maiori tribunali Haſſiae ſtanden, dergleichen die herren von Itter waren (d).

VI Tandem conſpicimus nobiles inferiores, qui erant vel equites ac milites, domini, aut nobiles, aut ingenui, aut ſchildknappen, aut armigeri, ſcrutiferi, gleſſen, famuli, aedele knechte, knechte, ſolidati terrae, miniſteriales, miniſteriales ſerui, hofdienſtleute, ſatellites. Clypeum claudunt

VII die ſendbare leute, ſchoeppenbare, patricii, ciues nobiles oder ſtadtmaenner (e).

Clypei notitia vtilis, vbi de feudo alienando quaeſtio recurrit (f).

§ IIII

ALIA DIVISIO NOBILITATIS.

Deinde nobilitas eſt vel noua vel auita. HAINR. CHRISTIAN. L. B. A SENCKENBERG (g).



(d) IO. ADAM KOPP olim procancellarius regiminis Marburgici, hiſtoriſche nachricht von der herrſchaft Itter p. 5 et 145, Marb. 1751, 4. Vel qui coniugium inierant, vel filius fuit dynaſtae regni, ac matris equeſtris, CHRISTOH BESOLD documentor. Wirtenbergicor. rediuiuor. p. 454, CHRIST. LVDOV. SCHEIDT in der nachricht von dem hohen und nider. adel in Teutſchl. praef. p. 32 (bb), 1755, 4.

(e) NIC. HIERON. GVNDLING de Henrico aucupe, Halae 1711, 4.

(f) IO. ADAM KOPP parte II der Teutſchen lehnsproben p. 154, 1746, 4.

(g) de iuribus nobil. Germanicae. Giſae 1743, 4, § 3, p. 14.

## § V

### QVID AVITA ET NOVA?

Dicitur ea, qua quis per patris nobilitatem matrisque, numeros ad minimum octo, cum patris inſignibus demonſtrat.

### OLIM IN SCRIPTIS DABATVR TESTIMONIVM OBSERVAT. VARIAE.

I Noui in vicinia ad ganerbinatum conſequendum requiri XVI maiores paternos maternoſque. Sed erat quidem huius gentis, qui quatuor tantum numerare potuit, ne molitore plebeio inter auitos vteretur. Adiit ille Vindobonam Caroli VI aetate. Hoc effecit, vt octo tantum iuberentur maioribus eſſe contentos. Oportebat illos parere Senatui imperii aulico. II Chriſtoph. Guilielm. a WydenbrucK primarias preces obtinuit ab Imper. Franciſco I ad feminam, quae praeeſt monaſterio Rellinghauſen. Haec poſtulat probationem XVI maiorum. Pater, quem dixi, opus eſſe tantum ex obſeruantia VIII maioribus. Queritur hac de re apud Imperatorem. Edit pater ille XVI maiores. Typis exſcripta lego ausführliche erzählung in ſachen Chriſt. Wilhelms von Wydenbruck von und zu Loë, namens ſeiner tochter, wider Dechantin und Capitularinnen des Kaiſer-frei-adelichen ſtifts Rellinghauſen im betreffe der erſten bitte, 1751, 4. Sodann ausführliche geſchichte erzählung in ſachen des frei ädelen herrns Chriſtoph Wilhelms von Wydenbruck wider die löbliche Veſtiſche Ritterſchaft, in betreffe der vorlegung und rechtfertigung der anen und wapen, 4. Weiter: Actenmäſige ausführung mit beſcheinigung des gegentheiles unſchicklichen widerſpruches, wie ſolche beim Kaiſerlichen Reichskammergerichte in appellationsſachen der löblichen Ritterſchaft,

ſchaft, appellanten, wider den frei ädelen herrn Chriſtoph Wilhelmen von Wydenbruck von und zum Loë, appellaten, nebſt der geſchichte erzählung aus den acten der erſten inſtanz übergeben. Am 12ten Weinmonats gehaltenen Landtages zu Rellinghauſen. Antwort: Würde die vom Herrn von Wydenbruck beigebrachte allergnädigſte Kaiſerliche entſchlüſung in der urſchrift vorgezeiget, und dadurch das adelthum, ſo wie es dahier und auf ritterbürtigen geſellſchaften üblich und wohl hergebracht iſt, rechtsbeſtändig dargethan werden; ſo ſoll unverzüglich, im betreffe der aufſchwörung ergehen, was rechtens iſt. Und damit hierunter kein anſtand gemachet werden moege; ſo ſind nach beigebrachten urkunden in ihrer urſchrift zur gründlichen unterſuchung der herr graf von Merfeld und der freiherr von Hamm hirzu benimet worden. III Veſteni comitis ditio eadem eſt, qua comitis Rellinghuſani regio, pertinens ad Colonienſem nouemuirum, inter prouinciam Monaſterienſem, ac Cliuienſem ac Markanam ſitam (h).

Iuſſerat Imperator die XX maii 1752 nouemuirum Colonienſem de facti circumſtantiis facere noticiam ad Imperatorem.

## § VI
### CAVTIO.

Ne quis eos nominet, qui vltra XVI maiores haud admittuntur. Sic noui quemdam, qui vltra XVI maiores, habebat XVII Gallum aliquem, qui plane non admittitur.

## § VII
### IMPERATORIS CVIVSDAM OPINIO SINGVLARIS.

Ita Imperator quidam cuius hac in re huc inflatus erat animus: qui non admitteret eum in conuentu ordinum



(h) ANT. FRID. BVSCHING tomo III der erdbeſchreibung 1758 ed. II p. 908 § 3.

num prouinciae, quem Imperator nobilem creuerat, putaretque vetuſtum Imperatorem maioris haud eſſe potentiae, quam hic Imperator, hunc ſecreatum maximopere contemneret; et inſtar pueri viliſſimi cenſendum fore.

§ VIII

HODIERNA NOMINA.

Vocatur ſtiftsmaeſig, turniermaeſig. Hac demonſtratione auita carent Galli, quoniam illos deſtituit probatio. Hinc Ludouicus XIIII ipſos liberauit probatione in conuentu canonicorum Argentinenſium. Matrimonia ineunt plebeiorum modo (i).

§ VIIII

LOQVIMVR IAM DE DISPARIS STATVS MATRIMONIO.

Nobilis generatim eſt, qui non rogatur nobilitatem auitam demonſtrare. Eſtque vel paris ſtatus vel imparis. Ita in auguſto et imperii tribunali Wezlarienſi agitatur controuerſia inter illos a Bodden et eos qui Rhenenſes inferiores ſunt atque a Wachtendonck, barones, vocantur. Adolphus enim Bertram a Wachtendonck alebat concubinam, Mariam Lauermanns. Ex hac generauit filiam a. 1699 Catharinam, quae ſe a Wachtendonck vocabat. Haec cenſetur a macula liberata per ſubſequens matrimonium (k).

§ X

PARIS STATVS DANTVR CONCVBINAE.

Quidam viduus, vir equeſter, cum vidua, nobilitatis auitae, in concubinatu viuit (l).

§ XII

(i) num. XVIII, p. 544, ſqq, penes IO. GEORG. CRAMER de nobilitate auita, Lipſ. 1739, 4. mai.

(k) Perill. ac L. B. A CRAMER parte CV der nebenſtunden p. 80 ſqq.

(l) Lipſiae vulgatus ſermo: - - - ius - - - inſidiatur in hortis.

§ XI

Hic vero mouere liceat quaeſtionem: vtrum ad feuda Germaniae pertineat Romanorum ius?

Siquidem illi feuda non habuerunt (m). Ergo negamus.

## SYNOPSIS DICENDORVM.

Argumentum hoc triplicis erit periodi. Prima ante Imp. Conſtantinum M. ſeculo IIII et aetate Zenonis ſeculo V. Atque inualeſcente matrimonio per legitimationis ſubſequentis matrimonii; retenta tamen iuris ſcientia Germanica. Demum iure Romano a Germanicis recepto, de iure Germanico nihilominus retento.

## CAPVT I

§ XII

Quamuis docente EVERHARDO OTTONE (n) Imp. Conſtantinus M. (o) eſſet inuentor ſordium abſterſarum per ſubſequens matrimonium; in codice attamen Theodoſiano de voce barbara legitimatio, qua natalium dedecus aufertur per ſubſequens matrimonium, deprehendo nihil; ſi IVS CAPIENDI liberorum excipias naturalium (p). Potius in vſu fuiſſe arrogationem liberorum naturalium; docet anteceſſor Franequeranus IO. IAC. WISSENBACH (q).

§ XIII

Ita tradiderunt titulum I, π. libri I. Sequuntur etiam ii, quos ſemper habui maximos, Lugdunenſium in Batauis

(m) IVST. HENNING. BOEHMER iuris eccleſiaſt. Euangelicor. lib. III, tit. XX, § 11 ſqq.

(n) commentar. ad inſtitut. p. 86, Trai. ad Rhen. 1727, 4.

(o) l. 7 C. de natural. liber.

(p) libro IIII Cod. Theodoſ. tit. 6, p. 390, Lipſ. 1736, fol.

(q) commentar. in codic. Iuſtinian. 1701, 4, p. 469.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058466703-16

tauis anteceſſor, ANTON. SCHVLTING (r) requirens dotalia inſtrumenta ac dotem, vel principis reſcriptum, nou. 74, cap. 12, et anteceſſor Traiectinus ad Rhenum, CORNELIVS VAN ECK (s) in principiis iuris digeſtorum lib. I, tit. VI (t)

§ XIIII

IVS GERMANICVM ATQVE HORVM MORES QVID STATVANT?

Hi exiſtimant, quod naturales et ſpurios nobilium filios, licet per matrimonium poſtea contractum, aut per Imperatoris, vel principum Imperii reſcripta nothos alleuent, vt cum TACITO loquar, vel barbare hanc rem efferam, legitimentur; iurium tamen ac praerogatiuarum nobilitatis auitae compotes fieri non poſſunt. Ita IO. GEORG. CRAMER l. d.

§ XV

QVID EXISTIMET GERMANVS?

Germani eam ſolum colunt et venerantur nobilitatem, quae puriſſima eſt, et ſine vlla labe. Neque ſibi vt perſuadeant, ſinunt, quod inhoneſtae natiuitatis macula ita poſſit abſtergi, vt nullum ſuperſit eiuſdem veſtigium. Natalibus reſtitutos et a macula liberatos potius eſſe ſimillimos hominibus qui a vulneribus coaluerunt, in quibus ſemper remanere ſolent cicatrices.

§ XVI

IMPERATORIS FRIDERICI II SENTENTIA NATALIVM MACVLAM TOLLI PER RESCRIPTVM.

Tradit hanc iudex aulicus et cancellarius Imperatoris Friderici II (u) PETRVS DE VINEIS.

§ XVII

(r) in enarrat. π. § 6, p. 89, § 9, p. 90, 1738, 8.

(s) in principiis iur. ciuil. D. 1713, 8, p. 108.

(t) 1732, 8, p. 41–46.

(u) libro VI, cap. XVI, tomo II, p. 188 ſq. edente IO. RVDOLPHO ISELIO, Baſ. 1740, 8.

## § XVII

Si iam nati erant et poſtea matrimonium accedebat, dicebantur buchkinder, quoniam ſub ſacerdotis librum veniebant: die kinder wurden bei der trauung unter das buch genommen, prout exiſtimat CHRISSIAN. VLRIC. GRVPEN, dum viueret, conſul Hannoneranus, in vxore Theotiſca (x).

## § XVIII

### ORDO TEVTONICVS REQVIRIT MATRIMONIVM LEGITIMVM.

Regula typis impreſſa: anweiſung, wornach ein ieder, welcher in den teutſchen Ritterorden zu treten verlangt ſich zu achten habe (y): daſs von ſeinem herrn vater und ſeiner mutter auch dieſer in rechtmaeſiger ehe beiſammen geſtanden -- § 6, ibidem: daſs vaeterlicher urgrosvater, ururgrosmutter, in rechtmaeſiger ehe bei einander geſtanden. § 5, ibidem: daſs des bewerbers frau grosmutter abſtamme, und dieſe in rechtmaeſiger ehe geſtanden.

# CAPVT II

# IVRA VERE GERMANICA.

## § XVIIII

### DESIDERII HERALDI ET GVNDLINGII DOGMATA.

Verum enim vero alia me docuerunt bini viri DESIDERIVS HERALDVS ſupremi ſenatus Pariſienſis, quem parlamentum vocant, aduocatus (z), atque Hallenſium



(x) p. 287, CHRIST. GOTTLOB HALTAVS in Gloſſ. German. medii aeui col. 291, Lipſ. 1758, fol. nominatos putat hic etiam mantelkinder.

(y) Märienthemii fol. p. 9, § III.

(z) rerum et quaeſt. iur. quotid. lib. I, cap. IIII. § 2.

profeſſor ſumme litteratus NIC. HIERON. GVNDLING (a) me duxerat ad Zenonem, (b) hanc conſtitutionem ac famae reſtitationem noſtram plane diuerſam eſſe, ab iſta Romanorum, quo caremus concubinatu. Nothi petebant olim reſtitutionem ipſi. Qui naturales erant ac clero ſe dicare volebant, per pallium legitimi fiebant, docente CHRISTIANO GOTTLIB SCHWARTZ, prof. Altorfino (c). Et quia matrimonium cenſebant ſacramentum; inde venit noſtram delere maculam natiuitatis. Olim caſtitatem maxime ſequebantur Germani, cenſebantque maximi. Quae caſta virgo erat, virgini pudicitiam tribuebant eine tugendliche iungfrauſchaft: Vxoris caſtitas dicebatur eine erbarkeit. Vidua vocatur caſta teſte iuris Saxonici gloſſa (d). Quae euangelicorum de caſtitate ſit ſententia, docet Cancellarius dum viueret, Goettingenſis, IO. LAVRENT. A MOSHEIM (e).

## § XX

CASTITATIS LAVDEM GERMANIS TRIBVIT C. CORN. TACITVS (f). Vandalis quoque et Gothis Franciſque eamdem lau-

(a) in digeſtis 1723, 8, p. 11.

(b) l. 5 C. de natural. liberis.

(c) de antiquo ritu legitimandi per pallium, 1737, 4, DIVVS PAVLLVS cap. IIII, epiſt. ad Epheſios commate 32 coniugium vocat, myſterium. Verſio, vt vocant, vulgata hoc dicit SACRAMENTVM, quod legitur in bibliis ſacris iuſſu Sixti V pontificis maximi Antwerpiae ex offic. Plantiniana 1628, 8 mai. p. 1024. Inſpice theologi Ienenſis IO. GEORGII WALCH p. II der einleitung in die religions ſtreitigkeiten p. 394 ſqq. 1734, 8, IO. FRANC. BVDDEI p. 537 ſq. inſtit. theol. dogmaticae 1723, 4.

(d) p. 320, apud CAROL. WILH. GAERTNER in Epkens von Repgow Sachſenſpiegel, Lipſ. 1732, fol.

(e) der Sittenlehre der heil. Schrift p. 416, 1746, 4t. IIII.

(f) de ſitu et moribus Germanor.

laudem eſſe tradit SALVIANVS (g). Francis caſtitatem commendat lib. VI, capitular. 415, col. 1006, ac libro VII, capitul. 443, col. 1055, cura STEPHANI BALVZII 1677, fol. mai. Saxones eamdem magni habuiſſe, refert WINFRID ſiue Bonifacius, teſte CAESARE BARONIO (h). Vnde QVINCTILIANVS (i) Romanorum incontinentiam foedam ac libidinem. Hinc Imperator Ludouicus pius (k) ignobiles ac degeneres populos obiurgat Romanos. Vt taceam ius prouinciale Saxonicum (l). Inde ſequitnr, vt eiuſmodi homines facti laborent infamia, adeoque non tam ob leuem notam, quam infamiam indigni habeantur. Non ſufficiebat iſtos macula quadam laborare (m). Eadem eſt ſententia et IO. HAINR. A BERGER diſſertationum (n) et oeconomia iuris (o) ſenatoris quondam Imperatorii Vindobonenſis, ac WOLFGANG. ADAMI SCHOEPF, anteceſſoris Tubingenſis, nunc fato functi (p). Saepe equiriorum ſiue ludorum equeſtrium precones, die herolde, clamabant: der eine hure zur ehe nimmt, der iſt ein ſchelm, oder will noch einer werden! (q)



(g) cap. XVIIII, lib. VII, de prudentia et gubernatione ii. GVIL. CAVE tomo I, p. 433. Vixit a. ille 440, natus Colon. Agrippinae.

(h) ad annum 745 in annalib. eccles. § 9, tomo VIIII 1711, Venet. fol.

(i) declam. III.

(k) addit. ad cap. IIII, 102.

(l) lib. I, cap. 37.

(m) IO. GOTTL. HEINECCIVS de leuis notae macula § 34, p. 64, Halae 1720, 4.

(n) de leuis notae macula p. 344, 1704, 4.

(o) p. 142, 1741, 4, ac lib. II, oecon. iuris tit. IIII, § XXVII, nota 6, p. 333, Lipſ. 1741, 4.

(p) conſilio III. n. 43, p. 27, 1741, fol. inter Conſilia Tubingenſia VIIII volumen.

(q) GEORG. TOB. PISTORIVS paroemiar. German. centur. IIII, p. 177, Lipſ. 8. 10. NICOL. HERT vol. I opuſculor. tomo III, p. 171, 4.

## § XXI

### VERBA IVRIS ALAMANNICI AC SAXONICI.

Hoc dicit cap. CCCCXXI, neque Imperatorem, neque Pontificem illegitimam progeniem per omnia aequalem reddere poſſe ſoboli, ex puro et caſto matrimonio generatae, docente iure feudali Saxonico cap. II.

## § XXII

### INDE LEGES GERMANORVM FEVDALES SVCCESSIONE IN FEVDA EXCLVDVNT NATALIBVS RESTITVTOS.

Quam ob rem nobiles, auita et impolluta nobilitate conſpicui, in ſuum conſortium illos ingredi non patiuntur. Ludis ſane equeſtribus. Neque eos recipiunt aut Canonicorum cathedralium aut ſtatuum prouincialium collegia, aut aliae nobiliſſimorum virorum ſocietates.

## § XXIII

Recta via inceſſit FRANC. SONSBEC, ICtus Friſius circa medium ſeculi XVI viuens, qui commentar. ad vſus feudorum ſcribens, ſequutus eſt ius Langobardicum. Hunc poſtea vulgauit prelum Heidelbergenſe 1584, fol. agmen claudit IO. PETR. A LADEWIG, qui reſtitutos natalibus in clientelis ſuccedere negat (r).

## § XXIIII

### IVS ANGLORVM VETVSTVM.

In Anglia non ſuccedere etiam legitimatos per matrimonium ſubſequens, auctor eſt THOMAS CRAGIVS (s).

CAPVT

(r) conſilior. Halenſ. parte II, conſ. 79, p. 805, vol. I, 1735, fol.

(s) de iure feudor. libro II, tit 15, § 4, p. 489, Lipſ. 1716.

## CAPVT III
# FATA DOCTRINAE POST IVS ROMANVM RECEPTVM.

## § XXV

Imper. Ferdinandus II, quem Fridericus II, rex Boruſſorum hodiemus iure declarauit euerſorem libertatis Germanorum (t), accepit ab vniuerſitate litteraria Ingolſtadienſi teſtimonium, quo nomine Iuſtiniani fuit inſignitus; ipſa tamen experientia docuit illum, mores Germanorum a Romanis diuerſos eſſe, atque ideo nouo iuris ſyntagmate, pro Germcnis elaborando, cogitarit. Hoc ipſo nos docuit: Romana Romanis eſſe relinquenda, et de Germanicis inſtitutis in Germania fore cogitandum.

## § XXVI

Idcirco filius eius Ferdinandus III exiſtimat de Bohemis, ſeptemuiris Germaniae hoc in inſtituto ad Germanorum mores eſſe redigendos, prout docuit IO. CHRISTIAN. LVNIG (u).

## § XXVII

SILESIOS PARTEM FVISSE BOHEMIAE IVRIVM SCIMVS.

Hoc ſat eſt notum. Teſtantur id FRIDER. GVIL. A SOMMERSBERG (x) ac MELCHIOR GOLDAST AB HAIMENSFELD (y). Quod tamen hodie ceſſat.

 § XXVIII

(t) dans ſes memoires de Brandebourg 1750, 8, p. 45.

(u) in collectione von der mittelbaren Ritterſchaft p. 10, aap. X, 1730, ſol.

(x) rerum Sileſiacar. ſcriptor. vol. II, 1730, fol.

(y) de regno Bohemiae tomo I, col. 677, curante IO. HERM. SCHMINCKE, 1719, fol., in primis BOHVSLAVS BALBINVS in epit. hiſtor. rerum Bohemicar., Pragae 1677, fol. p. 338.

## § XXVIII

Conſtitutio Imperii nouiſſima anni 1654 bene recteque Germaniae iudicia monet, vt ius Iuſtinianeum tractent inſtar iuris, in ſubſidium recepti (z). Magna enim intercedit differentia ius inter Romanum Teutonumque mores. Quod vt comprehendas ſtatim, ſupra dedi Statum perſonarum Germaniae § III. Ecce ſtatum iuris Iuſtinianei plane diuerſum:

### STATVS IVSTINIANI AETATE.

I Nobiliſſimi. Inde Nobiliſſimatus; In his viuebat familia Caeſaris.

II Illuſtres. Inde tua magnificentia, tua celſitudo. Tua excellentia. In his erant praefecti praetorio, palatio, officiorum quaeſtor, magiſtri, comites domeſticorum.

III Spectabiles. Hinc tua ſpectabilitas. Inter quos veniebant primicerius, magiſtri, proconſules, comites inferiores, duces.

IIII Clariſſimi. Inde tua claritas. In his conſulares, praeſides prouinciarum, ſenatores.

V Perfectiſſimi. Inde perfectiſſimatus. Hinc tua grauitas. In his minorum prouinciarum rectores.

VI Egregii. Inde honeſtas, dilectio. In his notarii, doctores, ſacerdotes, equites.

Quanta differentia a Germanorum ſtatu. Conſtantinopolitanum dedit IO. PETR. A LVDEWIG (a). Nunc aſſpice Germanica!

CAPVT

(z) IO. ADAM. KOPP procancellar. reg. Marburgici parte I, der proben des Teutſchen Lehnrechts pag. XI, prooemii.

(a) in vita Iuſtiniani p. 182, 1731, 4.

# CAPVT IIII
# POST RECEPTVM IVS ROMANVM.

## § XXVIIII
### INSPECTIO.

Hanc iam expoſuimus ſuam de L. B. A MYLENDONCK et e concubina filia Lauermannia.

## § XXX
### VISIO ALIA.

Vir equeſter viduus cum equeſtris ordinis vidua familiariter viuebat. Eius amore incenſus eſt ille. Puer naſcitur ex iſta. Breui ante partum nuptias maturant. Num haec viſio venit in manus IOANNIS GOTHOFREDI BAVER Doctoris Lipſienſis? qui diſſertationem de ſucceſſione legitimatorum per nuptias, exule in feudis, Lipſiae 1734, 4, paginis 52; vbi § XVIIII, p. 34 adducit Halenſium profeſſorem philoſophiae, IO. FRIDEMANNVM SCHNEIDER de ſucceſſione legitimatorum in feudis.

## § XXXI
### MATRIMONIA GERMANORVM ERANT CASTISSIMA.

Cum CAIVS CORNELIVS TACITVS, tum vniuerſitatis litteratae Giſenſis Cancellarius IO. NICOL. HERT (b) atque Comes HAINR. A BVINAV (c) ſatis teſtantur, Germanos ſtupra atque adulteria maxime perſequutos eſſe odio.

§ XXXII

(b) de veteris Germaniae populis § 2, pag. 30, 1713, 4.

(c) tomo I, der teutſchen Kaiſer und Reichshiſtorie p. 55, 61, 1728 mai. 4.

## § XXXII

### GERMANVS INVENTVM: ELVERE DECVS NATALIVM PER NVPTIAS, MAXIMO PERSEQVITVR ODIO.

Eſt is, Imp. Conſtantinus magnus, qui Germanos bello infeſtauit teſte HAINR. A BVINAV (d). Hic vero inuenit reſtitutionem natalium per ſubſequens matrimonium (e). Inde recte concludimus Conſtantiniana fuiſſe Germanis odioſa in iure ciuili, cum caſtitate Germanorum haud conuenientia. Nec obſtant nobis Francorum auxilia contra Licinium praeſtita Imperatori Conſtantino. Bellum enim exarſit iterum cum Imperatore Conſtante, docente GEORGIO FRIDERICO TEVTHORN (f) in libro, Haſſis cunctis perutili.

## § XXXIII

### OBSERVANTIA ODII CONTRA NATALIVM MACVLAM, POST RECEPTVM IVSTINIANEVM.

Docent, quae dixi litterae clientelares Landgrauii Haſſiae, Mauricii: Wir Moritz von GOttes gnaden Landtgrave zu Heſſenn, Grave zu Catzenellenbogen, Dietz, Ziegenhayn und Nidda cet. thuen kundt hieran vor Unns, Unnſere Erbenn und Nachkommen oeffentlich bekennende: Als Weilandt Balthaſar Diede - - - - - - das Wir nunmehr nach abſterben gedachtes Unſers gelibten herrn Vaters Gottſeligen, ermelten Georgen und Hanſs Dieden gebrüdere, zu rechten Mannlehen gelauhen haben, und leyhen Ihnen und Ihren ehelich gebohrnen (*darunter wir keine legitimatos verſtehen oder begriffen haben wollen*) Mannleibes lehens Erben, hiermit und in Crafft

(d) l. d. pag. 406, anno 306, ſqq.

(e) l. 4, § 4, C. de aduocatis.

(f) p. 581, et p. 583, der geſchichte der Heſſen, Berleburgi 1770, tomi I. 18.

Crafft dieſes Brieves, dieſe hernach benente ſtück, nemblich das Dorf Wellingerode - - - - - : Inn Urkundt haben Wir Unſer Fürſtlich Secret Inſiegell, hieranhangen laſſen, Gebenn zu Caſſell den Siebentzehenden Iul. Anno Domini Ein thauſend Fünf hundert Neunzig und drey.

### § XXXIIII

EADEM CONSVETVDO OBTINET LOCVM IN CVRIA CLIENTELARI MAGDEBVRGICA.
NEC ALITER SENTIT CVRIA FEVDALIS POMERANICA.

Conſtitutio Octouiri Brandenburgici Friderici III tit. XXV, (g) ac ſeculo XVII Pomeraniae totius (h).

### § XXXV

ADSENSVS LANGOBARDICI IVRIS.

Eadem refert ius feudale Langobardicum II feud. 26, § naturales, et illius interpres CASPAR BITSCH, anteceſſor Argentoratenſis (i). Huius libri nouam editionem in mente habuit IO. PETR. A LVDEWIG. Erat BITSCH prof. hiſtoriae in vniuerſitate Argentoratenſi ac poſtea pandectarum, et prof. codicis ac feudor., anno 1636 mortuus.

### § XXXVI

Adſentiunt et perilluſtres Imperatoris iudicii aulici Senatores, occaſionem praebente iam litigans femina quaedam S., quae ex L. B. de A. filium naturalem ſuſceperat, quem pro vnico et legitimo Baronis herede, ex-

C clusis

(g) vol. IIII apud eundem LVNIG tomo II.

(h) lib. XI, cap. 16, p. 188, verſuch einer Pommeriſchen lehnshiſtorie 1740, 4, pag. 1124, per ALBERTVM GEORGIVM SCHWARZ prof. Gryphiswald. parte II.

(i) in commentario ad ius feudale Langobardicum. Arg. 1673, 4, p. 414.

cluſis caeteris ex eadem familia de A. quos baro ante fatus in teſtamento heredes conſtituerat, agnoſci voluit. Contradicentibus autem legitimis heredibus, a iudicio aulico Vindobonenſi concluſum eſt: vt filius iſtius S. nomen ab A. deponeret, et omnem ſpem hereditatis baronis conſequendae abiiceret: Verum iterum petiit ab Imperii iudicio aulico Vindobonenſi, vt filio ſuo, tanquam naturali, ſextam hereditatis partem attribueret, quae actio etiam ſententia eſt reiecta.

§ XXXVII

CONSENTIVNT VVLTEIVS, GOEDDAEVS ET CARPZOV.

Reſtitutos a dedecore natalium per matrimonium ſubſequens neutiquam ſuccedere adfirmat maximus iuris ciuilis Romani interpres, HERMANNVS VVLTEIVS (k). Eadem eſt ſententia IOANNIS GOEDDAEI, anteceſſoris quondam Marburgenſis (l). Idem ſentit celeberrimus Lipſienſis ICtus, BENEDICTVS CARPZOV (m).

§ XXXVIII

ITEM RITTERSHVSIVS.

Qui L. iuris clientelaris capita cuncta clariſſime expoſuit, audit CONRADVS RITTERSHVSIVS, anteceſſor vniuerſitatis litteratae Aldorfinae (n), in quarum libro I, cap. XIII, quaeſt. III, legitime redditos haud ſuccedere ſtatuit pag. 170 edit. tertiae.

§ XXXVIIII

(k) de feudis eorundemque iure 1631, 8. Prima editio eſt anni 1595, cap. VIIII, num. 126. Vbi pag. 397, num. 191, iuris Romani praecepta locum hic reperire negat. Adde editionem a. 1611, p. 408, n. 92.

(l) edidit is feudalia ſeu theſes et diſputat de feudis, 1639, 4, § 4, p. 58, diſp. VII.

(m) de ſucceſſione feudali diss. V, pag. 195, § 31, Lipſ. 1710 diſputationum hiſtorico iuridicarum volumine.

(n) partitionum iuris feudalis, editarum a. 1659.

## § XXXVIIII
### LVDWELLI ADSENSVS.

GVILIELMVS LVDWELL anteceſſor quoque primus in ordine ICtorum Aldorfinor. foras edidit ſynopſin iuris feudalis a. 1653, et iterum vulgata a. 1696, vbi cap. X, p. 207 ſqq. adſentit.

## § XXXX
### CONSENTIT MOELLER, APPEL. TRIB. ADSESSOR WISMAR.

Eadem eſt ſententia adſeſſoris Viſmarienſis quondam candidati in vniuerſitate litterata Hallenſi, poſtea ſupremi appell. tribunalis, CAROLVS HAINR. MOELLER quum ederet primas lineas vſus practici diſtinctionum feudalium. Roſtochii 1748, 8, p. 314.

## § XXXXI
### NEQVE HOC INSTITVTVM PLACVIT VEL GERMANIS LONGOBARDISVE.

Quamuis Imperator Hainricus VI Bononiae audiret Iuſtiniani Inſtitutiones, atque hunc Maximilianus I ſuum vocaret anteceſſorem regni, ac Ferdinandus II Ingolſtadii audiret ius Romanum, voluit tamen conficere iuris nouum ſyntagma, Germaniae, conueniens eiuſque inſtitutis magis adcommodatum; tametſi litterata vniuerſitas Ingolſtadienſis, in qua per quinquennium vixit, Ferdinandum Iuſtiniani nomine decoraret (o). Nam experientia docuerat illum, Germanorum plurima inſtituta haud quadrare Romanis doctrinis.

## § XXXXII

Praeconum in ludis equeſtribus (p) auctoritas maxima in torneamentis ac probandis maioribus der anen, eius-



(o) FRANC. CHRISTOH. KHEVENHILLER tomo I der conterfets der annalium Ferdinandeorum p. 29, 1721. fol. ac tomo II, p. 104, 1722, fol.

(p) Horum tempore Imp. Sigis-

eiuſmodi ſanguinem haud caſtum nequaquam ferebant. Ideo Ordinis Teutonici equites non admittunt equitem, qui ortus eſt ex ſeptemuiri Colonienſis filia naturali.

## § XXXXIII
